



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Antonii Sanderi Presbyteri, S. Th. Licentiati Hagiologivm  
Flandriae Sive De Sanctis eius Prouinciae Liber vnus**

**Sanderus, Antoine**

**Antverpiae, 1625**

Martinvs Tvronensis Episcopus.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10172**

alia plura in dioecesi Gandauensi Paroecialia templo,  
Parthenio nomine honorata; ea sequuntur, extra opidum  
Mariekerke, Bassueerde, Eertuelde, Clusen, Dessel-  
berghe B. Virginis ad Niues, Delfeldonck, Crubeke,  
Dackenam, Exaerde, Moerbeke eum S. Antonio Melse-  
ne, Nieukercke, Rupelmonde, Temsche cum S. Amel-  
berga, Waesmunster cum SS. Petro & Paulo, Ossenelle,  
Teneramundæ Ecclesia collegiata. In opido Aldenar-  
densi Ecclesia Pameiensis, Singhem cum S. Bauone;  
Asperen, Woorteghem, Donsana Ecclesia cum S. Egidio,  
Leerne cum S. Ioanne Baptista, Zeeuverghem, Nazarette,  
Bellem, Ruyselede, Regularibus Ecclesijs, & facellis in  
Episcopato Gandauensi pluribus exceptis, quæ titulum  
eiusdem Deiparæ Virginis habent.

## MARTINVS TVRONENSIS

*Episcopus.*

II. *Nou.* **I**S Tornaci in monte S. Martini (vbi nunc est Abbatia Benedictinorum) mortuum ad vitam reuocasse & apud Fanopinenses templum idolorum euertisse traditur. Arborē insuper piorum dæmoni dedicatam, quæ fano erat proxima excidit. Cui rei cum Antistes loci cætera que Gentilium turba primum obfisteret, tandem consensit modo ipse ruentem exciperet, quod factum se confusus in Domino intrepide pollicetur. Itaque eo in loco vincitus statuitur pro arbitrio rusticorum, quo arborem esse casuram nemo dubitabat. At ille super se ruenti, eleuata manu salutis signum opposuit, tum vero ita in diuersam partem ruit, ut rusticos, qui in tuto loco steterant poene prostrauerit. Addit Seuerus Fulpius lib. I. cap. I.

cap. 10. neminem ferè ex immani illa multitudine Gentilium fuisse, qui non impositione manus desideratā, in Christum crediderit. Sed & Martinum eas regiones, destructis fanis, Ecclesijs & Monasterijs repleuisse. Plura apud Cognatum vide lib. 1. cap. 32. historiæ Tornacensis.

## MARGARITA IPRENSIS.

**V**ixithæc virgo ex præscripto tertiae regulæ S. Dominicæ, & à sacris illi confessionibus fuit B. Zege-rus Insulensis, annos vnum & viginti nata ad Dominum anno 1237. migrauit, vitam scripsit Thomas Cantipratanus, & eidem Zegero inscripsit, quam è codice Auberti Miræ euulgauit Hyacinthus Choquietus. Vide & Cantipratatum lib. 2. Apum cap. 48. quinquennis sacrosanctam Eucharistiam à Deo instructa suscepit. Septennis disciplinis & ieunijs carnem macerauit, bis per hebdomadam tantū pane & aqua corpus sustentabat, decennis Christo crucifixo compassa spinis se flagellabat, ei votum castitatis facienti cum tribus coronis apparuit, vti & virgo mater quæ ei sua dimissa esse peccata asserebat. Ab aspectu virorum horruit, silentiū impensè coluit, pacem cum omnibus se tabatur, à vino carnis & cibis delicatis penitus abstinuit, ieunia etiam ad triduum protrahebat, summus ei fuit parcissimus, nocte cum die in orationibus transigebat etiam sessa aliquid ab Angelis eleuata, vt elemosynam facere sæpe mendicauit; ab ipso vero Christo Eucharistiam etiam accepit ante Pascha per quatriduum ieunauit, variae ei à Christo & Deipara revelationes factæ sunt. Christum crucifixum in Parasceue vidit. Mortem suam prædixit: moribundæ Christus apparuit, multif-

T

que